UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XIII. De restitutione spoliatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

randæ, reſpectu diverſarum poſſe-
num.

8. *Quid ſi cauſſa proprietatis ſeu petitor. concurrat cum poſſeſſorio retinenda?*

Vid. Vallen. h. §. 4. n. 3. & ſeq. Etiam eo caſu cumulationem admit- dam reſpectu ejusdem poſſesſionis, ver- ſententia eſt.

De Reſtitutione Spoliatorum.

TIT. XIII.

Interdum & hoc incidit in judicium ordo ſervandus ſit, quando quis - nem inſtituit de ſpoliatione: na- in hoc judicio ſpoliationis, ſeu inte- cto recuperandæ poſſesſionis, ſingu- eſt, ut qui agit tanquam ſpoliatus, omnia ſit reſtituendus.

1. *Spoliatus quis hic dicendus?*

Qui vel vi, vel clam, de poſſeſſio- rei alicujus corporalis vel incorp- ralis, veluti beneficii Eccleſiaſtici, alterius juris, ejectus eſt, vel alias in- privatus.

2. *Cui & adverſus quem datur hoc inter- dictum reſtitutorium.*

Datur ei, qui dejectus eſt, ſive d-

minus rei fuerit, ſive non, puta uſufructuarius. Item hæredibus, eorumque ſucceſſoribus, adverſus eum, qui per ſe aut per alium dejecit, aut dejici mandavit. *l.1.§.12.l.3.§.fin.D.de vi & vi arm.*

3. *Daturne adverſus tertium malæ fidei poſſeſſorem, qui non ſpoliavit?*

Non quidem hoc reſtitutorium interdictum: Unde vi; ſed aliud ei ſimile ex Conſtit. Innocent. III. Pont. qua actor, non obſtante juris civilis rigore (quod tamen jus alias etiam jure Pontificio confirmatur, ut ſcil. interdictum Unde vi locum habeat, niſi adverſus ipſum ſpoliatorem; vel qui ratum habuit) agere poteſt ad recuperandam poſſeſſionem, contra quemlibet poſſeſſorem, qui conſcius ſit ſpoliationis, ſive is immediate, etiam a bonæ fidei poſſeſſore intermedio. Eſt & in hanc rem aliud remedium recuperandæ poſſeſſionis ex *can. Redintegranda III. qu.* 1. quod datur adverſus quemlibet poſſeſſorem, licet ipſe non ſpoliaverit, nec conſcius fuerit ſpoliationis, quoquo modo res aliqua, etiam mobilis; ad eum pervenerit, idque absque ulla temporis præfinitione. *c. Sæpe 18. hoc tit. c. Cum ad ſedem. 15. eodem l. 1. §. ait Prætor. 11. D. de vi & vi arm. Vallenſ. hic §. 3. Marant. p. 4. diſt. 7. num. 58.*

4. *Quid ſi Reus excipiat de dominio, de beneficio non canonice acquiſito, aut de alio aliquo crimine?*

Non audietur, ſive de dominio a- tur etiam in continenti probando, ſ- de beneficio & non canonice facta inſti- tione, ſive de aliquo crimine, ut q- aut clam poſſederit, niſi prius poſſeſſi- nem actori ſpoliato reſtituerit. N- obſtante, quod juris ordo flagitare vide- tur, ut Reus audiatur in ſuis exceptio- bus, ſicut Actor in ſua intentione, quo- que favorabiliores Rei potius qu- Actores habeantur: quia a Reg. iſta e- pitur caſus ſpoliationis, quo favorabil- habetur cauſſa Actoris, quam Rei, iſt- in odium violenti ſpoliatoris.

c.5.h.t.c.6.eod.

l.125.D.de R.L.

Vallen.hic h.5.4.

5. *Quid probare Actor debet, ut obtine- hoc interdicto Unde vi?*

Hæc duo: Primo, ſe fuiſſe in rei p- ſeſſione, vel quaſi, tempore factæ ſpo- tionis. Secundo, ſe ſpoliatum fuiſſ- eo, in quem agit, vel ab alio ejus nomi- vel ſpoliationem ab alio factam ratam h- buiſſe. Quod ſi in alterutro horum proba- do deficiat, cauſſa cadet.

De dolo & contumacia.

TIT. XIV.

Interdum etiam quæritur de dolo & contu- macia Actoris vel Rei punienda, u- qui